



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 7. Quid agere debet Sacerdos, cùm non sufficit oleum confecratum ad  
unctiones perficiendas?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**



hujus Sacramenti & non aliorum.

*Quaest. 6.* Quid agendum esset à Presbytero, qui per errorem usus fuisset in administrando hoc Sacramento, oleo Catechumenorum, aut Chrismatis?

*S. Carol. Aët. p. 4. Instruct. Extrem. Uct.* *Resp.* Ex sancto Carolo: *Si per errorem sacerdos aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad egrotum ungendum unquam adhibuerit, etiamsi Chrismatis aut Catechumenorum sit; ut erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, unctionem eidem adhibeat, tumque Sacramenti formam iteret.*

*Quaest. 7.* Quid agere debet Sacerdos, cum non sufficit oleum consecratum ad unctiones perficiendas?

*Resp.* Ex Rituali Romano, de Sacramento Extremæ-Uctionis: *Si fortè intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso reparari potest.*

*Quaest. 8.* Quare oleum Extremæ-Uctionis oportet esse benedictum?

*S. Thom. in suppl. 3. p. q. 29. art. 5. in corp.* *Resp.* Sanctus Thomas huic quaestioni respondet his verbis. *Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur materia sanctificationis in hoc Sacramento. Prima est, quia omnis efficacia Sacramentorum à Christo descendit: & ideo Sacramenta illa, quibus ipse est usus, habent efficaciam ex ipso usu suo, sicut tactu sua carnis vim regenerativam contulit aquis. Sed hoc Sacramento non est usus, nec aliqua corporali unctione: & ideo in omnibus unctionibus requiritur sanctificatio materia. Secunda causa est, propter plenitudinem gratiae quae confertur, non solum ut tollat culpam, sed etiam reliquias culpa, & infirmitatem corporis. Tertia est ex eo quod effectus ejus corpo-*